

sanguine precioso redemptas cum cerneret
inquinari aliquo sordis peccati. tanta miserationis
tenderitudine deplorabat. ut eas tanquam
mater in christo cotidie parturiret. Et hec pe-
nes ipsum causa precipua venerandi ubi dei
ministros. quod semel filii suo defuncto christo ui-
delicet prope crucifixo. prope queritione
et pia sollicitudine suscitaret et sollicita pie-
tate gubernaret. Isti modi miserationis of-
ficiu patrum misericordiarum omni sacrificio firmabat accep-
tus. maxime si studio fuerit perfecte caritati
impensus. ut ad id laboret magis exemplo
quam uerbo. magis lacrimosa prece. quam lo-
quaci sermone. Plangendum proinde dice-
bat predicatore tanquam uera pietate priuatum.
siue qui in predicatione non animam querit salutem
sed ipsam laudem. siue qui prauitate destruit
uite. quod edificat ueritate doctrine. Prefe-
rendum huic dicebat fratrem simplicem et elin-
guum. qui bono exemplo alios prouocaret ad
bonum. Illud quoque uerbum. donec sterilis pe-
perit plurimos. taliter exponebat. Sterilis